



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Defensio || Philippi Melan||chthonis Contra || Iohannem  
Ekivm || Theologiae || Professo||rem**

**Melanchthon, Philipp**

**[Wittenberg], 1519**

**VD16 M 2926**

7

**urn:nbn:de:hbz:466:1-32534**

6 Nō est in epistola nostra Christum dum Petro dixisset, pascere oues meas, post hoc Apostolis parē potestatem traditam &c. Sed sic post parē potestatem traditam, .i. postquam par potestas tradita est, Accipite &c. deinde dictum Petro, pascere &c. Hic si vel grammaticus, quos dicit, consulisset Ekius epistolam nostram non adulterasset, vides Eki redire me ad crepidam, Neque periculum est vllum, ne hoc loco Martino inuidiosi per te reddamur, qui tam probe de nostris iudicaueris.

7 Maccabeorum libris tantum esse auctoritatis, quantum est Euangelio palam dixit, nec est ut infirmari possit, quam nescio quomodo dissimulat, & nemini obscurum est, quam recte id dictum sit, qui modo Hieronymum vident, qui sic ait, sicut ergo Iudith & Thobie & Maccabeorum libros legit quidam Ecclesia, sed inter canonicas scripturas non recipit sic & haec duo volumina, s. Sapientiam & Ecclesiasticum, ad edificationem plebis non ad auctoritatem ecclesiasticorum dogmatum confirmandam. Est ergo inter libros Ecclesiae discrimen, quae alios libros aliter recipit, ut non sit consecratus hic liber est in numero nostrorum, igitur est scriptura Spiritus sancti.

8 Temere nos Ambrosium inuadere accusat Ekius, sane hoc loco dignus, quem paulo durius tractarem. Equidem de Matth. loco dixi, tum quae